Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26826
Copyright: Admont, Benediktinerstift



24

Luca 18. cc. xviij.

Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti. et asspernabantur ceteros parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent. unus pharisseus et alter publicanus. Pharisseus stans hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri homines. rapaces. iniusti. adulteri. velut etiam hic publicanus. Jeiuno bis in sabbato. decimas do omnium quecumque possideo. Et publicanus a longe stans. nolebat nec oculos ad celum levare. sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis. descendit hic in domum suam iustificatus ab illo.

Dicit. Ostendit in hac parabola non fidem veram tantum. sed opera commendanda. ut quemadmodum maxime regnat humilitas. quam quidem non habent superbi de iustitia sua presumentes. et infirmos despicientes. qui si fide vacui et operibus gaudebant. in se confidebant de iustitia sua. assumabant. et superbia. Gregorius. Quatuor sunt species iniquorum. cum vel ea bona quae habet a se habere estimat. aut si data a deo credit. pro meritis data putat. aut cum iactat se habere quod non habet. aut cum despectis ceteris. appetit singulariter preter ceteros videri habere quod habet. Hac pharisseus peste laborabat. qui ideo non iustificatus descendit. quia merita bonorum operum sibi singulariter ebrietas publicano se fruitur. Duo homines. Ut ergo fidelis sit. non negotiatores. alius vero facto. ceteri. s. rapaces. Alienaa rapiemes. iniusti. sua in necessitate. primo non erogantes. sic distingue. quia omnes rapaces sunt iniusti. hic publicanus. publice arguere vicia omnibus licet. nullus autem non panitet ut ad certam poenam descendant. in quo reprehendit hic pharisseus. cum et vicino publicano maior iniquorum occasio. quia ascendit orare dominum orat. non se laudat. insuper et rogantem insultat. quasi solus iustus sum. ceteri peccatores. publicani. quia ieiunio bis in sabbato. in septimana. Sed pharisseus ad exhibendam abstinentiam. ad impendendam eleemosynam. ad referendas gratias oculum habet. ad humilitatem custodiam non habet. sed quod potest. tota cuiitas custodiatur. et unum foramen. per quod hostes intrent relinquatur.

Templum monachi in quibus per studium sine difficultate ieiunantis. Qui cum factus esset heremita. non per unum mensem die ieiunare. Quesivit causam a quodam sapiente. Cum autem ieiunaverit dignum patet hominem quia pulcrum est. deterior hic. Hic autem non laudatur. vii nec ieiunare potest.